



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Cognatione Spirituali. Titulus III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE COGNATIONE SPIRITVALLI
TITVLVS III
CAP. I.

Inter baptizatum & leuantem filio, & uxorem leuantis ante carnaliter cognitam, & suscipientem & patrem & matrem suscipit, & similiter de baptizato spiritualem cognationem, h. d. n. ad 4. Ex confirmatione Dom.

Bonifacius VIII.

Nedum a inter baptizatum & illum b qui eum suscepit de baptismo, ac inter eundem baptizatum & suscipientem filios & uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem: imo etiam inter suscipientem, patremque baptizati & matrem, cognationem spiritalem in baptismo contrahi iure constat: quae cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit post contractum. Et eadem quae de suscipiente sunt dicta, sunt de baptizante censenda.

Confirmatio frontis, inducit spirituales cognationem sicut baptismi. h. d. Dominicus.

Ex confirmatione quoque seu frontis chrismatione, spiritualis cognatio eisdem modis contrahitur: matrimonium similiter impediens contrahenda, & dirimens post contracta.

CAP. II.

Compariteritas per catechismum contracta, impedit matrimonium, si non dirimit. Ioan. An.

a Vide Conc. Trid. sess. 24. de refr. matr. c. 2. & B. Thom. in qu. additi. ad 3. part. q. 66. per totum: & Theol. cod. lib. 4. sent. dist. 42. b Procedit si ille est Christi. xxx. q. 1. c. 2. de cons. dist. 4. in baptizato. Ioan. An. in reg. ex. cod. 7. de reg.

Idem.

Per a catechismum, qui praecedit baptismum, sacramentorum fundamentum & ipsam religionem, cognatio spiritualis contrahitur: per quae contrahendum matrimonium impeditur. Vt ex praedictis Clementis Papa tertii decretali colligatur videtur dicendo enim, quod talis res via contrahendo matrimonium impedimentum afferret, velle videtur quod illam quod vix fit, fieri tamen dubium non erit: ut illam tamen cognationem matrimonium postea contractum minime separatur.

CAP. III.

Unus tantum intervenire debet in levatione frontis de frontis vel chrismatione frontis: tamen si plures intervenerint, cognationem contrahunt spirituales. Et ex alia sacramento cognationem contrahitur. h. d. Dominicus.

Idem.

Quamvis b non plures c, quam unus vel, vel una mulier accedere debeant ad suscipiendum de baptismo infantem, iuxta sacrorum canonum instituta: si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio non contrahitur, matrimonia contrahenda impediens: et etiam post contracta dissolvens. De confirmatione in super. quantum ad hoc, idem iudicium est habendum. In datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam contrahitur: quae matrimonium impedit vel dissolvit.

a Vide Theolog. scolasticos l. 4. sent. dist. 42. & Ioan. Thom. in quaff. additu ad 3. part. q. 11. art. 2. b Vide Conc. Trid. sess. 24. de refr. matr. c. 2. c Vide Lad. regum. l. 5. §. de regum.

F I N I S .



SEXTI DECRETALIVM
LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVIVISIONIBVS, ET
denunciationibus.

TITVLVS PRIMVS.

CAPIT. I.

Ex confessione coram delegato inquirente super certis criminibus deputato facta puniri confitens, licet dicat se prius diffamatum non fuisse, vel inquisitionis capitula non habuisse. h. d. Dominicus.

Bonifacius VIII.

Quoniam b coram eo, qui contra te super certis criminibus inquisitor fuerat deputatus, eadem crimina fuisse confessus, frustra confessionem tuam (quo min' puniaris ex ea, prout iustitia sua debet) eo praxertu impugnare contendis, quod super eisdem criminibus non fueras antea dif-

famatus. Vel quod per eundem inquisitorem capitula super quibus contra te volebat inquirere, tibi recitata non fuerunt.

CAP. II.

Valet inquisitio facta super veritate criminum omnium inquisitione infamia, si reus professus fuerit. h. d. secundum Ioan. An.

Idem.

Si is, cui contra te commissis fuerat simpliciter inquisitio super certis criminibus facienda; procedat

a De materia huius est. vide plenè per Hostien. in summa cod. tit. b Vide Perusinum in c. dilecto. de appellat. & Alex. conf. 52. lib. 3. & Felan. 1. de except.